

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

27. Simile contigit alteri, cui venter intumuerat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

cium in aquâ scripserat. Monet  
oportuit obliviousam. Nox ergo ite-  
rum oculos filiæ obsidere, adeoque  
excitare matrem ad soteria exfo-  
venda : quæ cùm ad aram Tolentini  
obtulit, abstulit quoque Sanctus  
quas immiserat, tenebras.

27.

Simile  
contigit  
alteri, cui  
venter in-  
tumuerat.

In eadē navi *Thomas de Brag-  
gnano*, *Gentilis F.* navigavit. Is fe-  
bris malignæ non bonas reliqui-  
toto corpore diffusas quatuor as-  
nos servare coactus, tam enormiter  
intumuerat, ut vento distentus  
nō hominem, sed utrem aut folles  
diceres. Morbo vocabulum gra-  
cum *circumponeris* Medici dare potue-  
runt, sed remedium ne quidem va-  
naculum. Totum ergo quadri-  
nium, ut dixi, sic languit. Deposu-  
t à Medicis, ad D. NICOLAVM se ver-  
tit, & ad tumulum ejus manib-  
vincitis iter venerabundus institutus.  
Jam illic est, & vovet, si morbo li-  
ber exeat, redire còdem inter-  
dies octo cum argenteo donariolo  
bonâ deinde fide noctem in sacre  
lo pèrigilit. Mane detumuisse sic  
corpus omne videt, & esse sc, que-

Iis olim sanus solebat. Et res erat; sanus inde domum abiit. Dies deinde octo elapsi, & *Thomæ* (ò madidam memoriam!) ex animo votum factum: non item Divo. Febris ergo illum repentina non aurem vellicare tantum, sed totum validè corpus pulsare, nî promisso debitor stet, jus antiquum repetitura. Profuit certè nihil cunctari. Tolentinum se proripuit *Thomus*, & à voto se, febrique simul expedivit.

Et quis credit superis tam ingratos quosdam vivere, ut divini beneficij memoriam ne quidem æquis auribus audiant? Certè talis fuit *Tolentina* mulier, cui vocabulum *Evangelista* (more Italorum, viros mulierum, mulieres virorum non minibus passim appellantium) quæ à viventis adhuc NICOLAI benignâ manu perditos oculos receperat. Cum verò id miraculi F. *Scambius* in conventu aliquo, à Sancti viri obiture recitaret, puduit jam beneficij accepti mulierem, iraque exceduit in tam liberi & liberalis oris monachum, qui hoc publicaret.

Sed

28  
 Mulier,  
 quæ be-  
 neficium  
 palam  
 agnoscere  
 erubuit,  
 palam  
 punitur,  
 & agno-  
 scit coa-  
 etia.